

varias signate prodierunt. Unde inanis & vacua terra, idest invisibilis, ut in Version. videbimus num. 32. ita D. Thom. 1. p. q. 66. art. 1. vel inanis, quia aquis sepulta; & vacua; quia non ornata. Idem ibid. Hapd obscurè Paulus ad Hebr. 11. v. 3. Fide (inquit) intelligimus aptata esse. secula verbo Dei: ut ex invisibilibus (ante editionem lucis; per huius productionem) visibilia fierent. Invisibilia vocat Paulus, quæ non videbantur, ut contigit cælo, & terræ sepultis horridis tenebris ante conditionem lucis. Hoc sensu Hilarius ubi supr. num. 24. Informem molem appellat.

Qui quidem stylus haud novus est etiam in Profanis. Apuleius lib. 5. Metamorph. Voces Cupidinis, quem Psyche non videbat, vocat informes. Cornel. Tacit. Annal. lib. 12. cap. 37. Informem sortem dicit: idest, sine ordine. Detorme aliquando significatur: & apud Plinium lib. 7. cap. 15. Caro informis: & apud Tacit. ubi supr. lib. 6. cap. 49. Exitus informis, idest deformis. As rude etiam vocatur informe; apud eundem ibid. lib. 15. cap. 22. vel infectum. Virgil. Aeneid. lib. 10. v. 528.

Sunt auri pondera facti Infectique mihi. Quas acceptiones sequuntur passim Poëtæ. Propert. lib. 1. Eleg. 5. & lib. 2. Eleg. 8. Informem notam ducet in ore timor. Viderat informem multa Patroclon arena.

Hoc est, deformem. Quam apte informitas huiusmodi conveniat deformitati telluris in prima sui constitutione, ex versionibus AA. perspicuius factò constabit.

Version. 32 Terra erat inanis & vacua. Hebr. Terra nihil & nihil. Septuagint. Interp. Invisibilis & incomposita. Chald. Deserta & vacua. Aquila, Vacuitas, & nihil. Symmac. Otiosum & indigestum. Theodor. Inane & nihil. Sanct. Pagnin. Desolata & inanis. Vatabl. Desolatio & inanis. Arias Montan. Solitudo & inanis. Chryostom. Invisibilis & inculta. Athan. Incondita. Procop. Indigesta. Strab. Inutilis, & infructuosa. Basil. Invisibilis, & inornata. Tertullian. Invisibilis, & rudis. August. Inordinata & imparata. Iosephus Iudæus, Dum ad aspectum non veniret. Rabb. Ionathas, Vacua hominibus & iumentis. Onkel. Dissoluta, & vacua. Eucher. Invisibilis & informis. Caietan. Inanis funditus. Oleast. Vacua & vacua. Caten. Græca, Visu non manifestata, incompta. Alij denique, Indiscretum quoddam, iners, horribile, & exolutum monstrum. Quam ad rem omnia ex dictis supr. constar, & latius in expositione ad mores videbimus. Modò ergo, clariore litera, ascensionis cordis pro captu disponam in loco, quem posui.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Terra erat inanis & vacua. Nihil, & nihil. Nihil erat, quia nihilo erat.
2. Erat nihil & otiosa, quia otiosum nihil.
3. Nihil, & nihil erat. Si divitiæ nihilo, quid divitiæ?
4. Terra vacua omnibus erat. Licet omnia haberet; esset nihil, & vacua, quia terra omnia.
5. Erat sine floribus incompta, & nuda. Erat absque vestitu: & sine vestitu nihil erat.
6. Pauper & invisibilis erat. Sufficit pauper, ut sit invisibilis.
7. Vacua, & vacua terra. Quaritur in vacuitate solidam, & illud vacuum.
8. Cælo, & terra creatis, terra dicitur vacua. Cælo creato, & merito dicitur.
9. Inculta solummodo erat: & vocatur incondita, quia sine cultu.
10. Infructuosa erat, sed colenda: inutilis in famatur: si nota reparanda non inutilis.
11. Vacua erat, & plena; sed tenebris: & cum tenebris plena, inanis & vacua.
12. Vacua intumuit, & invisibilis fuit. Visibilis apparuit, & apparuit arida.
13. Dissoluta & vacua erat. Liquidò infertur, si vacua, ergo dissoluta.
14. Desolata & vacua erat. Ad quid igitur additur, Desolata?

DIDASCALIA I.

Quid prodest esse, quod esse non prodest?

Exclamat Tertulianus Apolog. ad versum Gentes, cap. 17. Nihil proculdubio omnia, Bonum dicitur ab utilitate. Si usum deest, quisnam rei usus? Profunt cum fortuna & arte fruendi. Non potest interesse, quod interesse non potest: nisi dicas utile sine utili.

Tercul. Præter rerum usus.

utilitate, ac abs re nominis grande nomen. Nomina magna magnoperè fuge. Fucus fucus sunt, & albis vitceribus bracteata præstigia. Pretium rerum usus: dignitas commodum: sine commodo usus, amittet sanè bonum dignitatem & pretium. Bonum (testatur Seneca Epistol. 88.) est, quod tantum prodest: quia commodum plus usus, quam molestia habet. Erit ergo molestia Tantalica, non usus. Quid prodest exco speculum? Narrare fabulam furdo. Sol occidit: ait Salomon. Occidit? Nunc bis, nunc illis eadem regionibus orbis Semper, & ulterius vadentibus ortus ad ortus. Accinit Manilius lib. 1. Astronom. cap. 2. v. 77. Lustratio universi mors est Solis? Uti que. Cursu pernici privat hemicyclum optata luce, quæ hominibus, & omnibus commodum. Ab usu pendet utilitas: & mihi occidit, si mihi non lucet. Natus est, quasi non natus. Privata lucis lapsus stellarum vocatur à Christo. Sic enim ait: Stella cadent de cælo. Aptè, Esse illarum destinatur ad lumen: & profectò sine luce cadent, cum ab Opifice acceperint, ut lucrent. Considera totum orbem terræ tenebris occupatum, aequique oppletum. Quid tanta moles? Nihil & nihil erat. Nec sibi, nec alijs proderat. Ingenti pondere vacua, nihilo, atque inutilis erat: at si nihilo terra, planè nihil.

Subit mentem propudiosus articulus terræ Israel, potissimè si præcæ gloriæ consecratur devenutas splendoris, quam habuerat à diebus antiquis. Aspexi (inquit Ieremias) terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis: Intuitus sum, & non erat bono. Plura scitu digna, discutenda. Si divitijs, fructibus, urbibus, oppidique plena decore micat; quomodo vacua? Si plena populo domina Gentium, in tot millibus hominum non est homo? Extrema prorsus calamitas! Lugubris Republicæ status exponitur; & eò magis, quò merito dicitur. Urbes & oppida erant; sed quò minus iugum servitutis subirent, nihil omninò proderant. Opes, sed adversarijs: fortuna, sed inimicis: ubertas, terræ seracitas; queis fruebatur hostilis pro voluntate voluptas. Terra erat, sed illis quasi non esset; cum non esset illis. Non illis, quod illorum, & quidem summum tormentum. Terra erat, at illis non erat terra: vocaturque iure divitijs, & fructibus plena, terra inanis, terra vacua; quippequàm quod non prodest, profectò nihil.

Deinde. Aspexi cælos (ait) & non erat lux in eis. Lux cælo negatur (forsitan cum cælorum oculi sint lumina, clauduntur, ne videant mala) dum idololatra vano cultu in vana cæcutiunt. Cur ergo sumnota cælo as-

Senec. Eccle. 1. Manil. Sol occidit si non lucet. Math. 24. 20. Terra, quia invisibilis, & rudis, & inornata. Genes. 2. Hebr. Ierem. 4. 23. 25. Non prodest esse, quod esse non prodest.

Id est, non est.

Tom. I. Tautol.

feritur, si ab oculis non recipitur cæcitatem amantium? Locus lucis cælum est: sed illi cæci præ nequitia non valemus respicere cælum: dicitque Propheta, In cælis non erat lux; quia cum cæco non proficit, fuit illis quasi non esset.

Nota in idem propositum diversitatem, ac in differentia acumen. Terra, quia nihilo, dicitur vacua: cælum sine luce; quia sine luce nihilo. Utilitas cælorum lux: nihilo erit, & nihil sine lumine? Sanè; cum esset cælum inutile sine luce. Idem de cælo & terra profertur iudicium. Discrimen non rebus, sed vocibus inest. Audi. Vacua terra, quia nihilo: nihilo profectò sine lumine cælum: at si nihilo cælum, totum vacuum.

Impletum quod promiserat Dominus per Isaiam, vidit Aquila Ioannes: Cælum (scilicet) novum. Quæ novitas igitur videtur in cælo, quod omni cultu, & examusum Dominus illis insertavit ab exordio? Idem est quod habuit, habet, habet næ, verum non idem prodest. Quod non usus destruxit, usu denuò constituit: novumque esse suscepit idem cælum; simulac habuit hominibus novum usum. Clariùs igitur. Sedes cælum erat, ubi homines collocandi & colendi. Ante Christi mortem cælum erat, sed nihilo proderat. Non dum sanguis patefecerat aditum, sed erat cælum adamantinum & æreum. At cum ab usus utilitate æstimator inter homines esse; cælum idem signatur hominibus novum, quia pridem vacuum. Ideo quamvis cælum Angelis ornaretur, ut civibus, desertum tamen respectivè vocatur à Christo. Dimittis nonaginta novem in deserto. Idest, in Cælo, ut arbitrantur PP. & Expositor. hic. Desertum Empyrium, & Angelis plenum? Uti que. Homines in cælum transferendi, modò perflitisset Adamus in iustitia originali. Fracta lege, exclusi sunt filij & protoplatius; siquidem ingressus ocellus: opportunè dicitur cælum desertum, quod nec ullus adhuc habitaverat hominum.

Subditur: Cælum primum abiit. Si est cælum primum, ergo novum erat secundum. Qua lege secundum, dum idem cælum? Mutavit esse. Cælum primum permanendo abiit, quoniam nullatenus profuit: & novum dicitur idem ipsum cælum; ut innotesceret, idem profectò aliud, cum non proficeret. Cæli primi nullus usus, etenim nullus ingressus: excludoque homine, hominibus cælum deiecit; quoniam nullus momenti, dum nulli profuit. Perpende. Primum cælum abiit: & dixit qui sedebat in Throno, ecce nova facio omnia. Renovata, an nova? Nova: quia licet essent; sine proventu, quasi nulla fuissent.

Cælum invisibile, sine luce.

Apoc. 21. Dum vero delectamur, aliquid novum.

Luc. 15. Quomodo cælis desertus?

Apoc. ubi sup. Quo pariter vocatur novum.

ibid. v. 5

4 Ingresso Servatore in patriam suam; alleciti permulti opinione mirabilium, aut curiositate futurorum, accesserunt. Favor ubique diffusit. Suis suos noluit privari meritis, cum in alienos iridem gratiam & copiosè largiretur: *Sed non poterat ibi* (ait Marcus) *virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos inpositis manibus curavit.* Nisi paucos? Nodus innexus. Suis igitur sententia involvitur terminis. Si pauci, ergo aliqui. Quomodo nulla virtus & gratia nulla? O excelli amoris proclivitas! En cordis flagrantis inextinguibilis charitas: nisi distribuatur munera omnia, peccatori generoso videntur nulla.

Plus æquo sibi complacebant, & blandiebantur, expectantes à Domino, uti noti maiora; haud boni consulentes distributa quibuslibet beneficia: agrè in alios gratiam ferrebant, ac sibi tumidi vendicabant propter solum, Solem omnibus ortum, pennis beneficium. Multa multis impendit, sine dispendio. Ferè singulos cumulavit singulari beneficio: at ingrediente Principe patriam; cives arbitrati sunt, quod plus essent accepturi. Acciperent, sed non plus; imò minus, ut potè incredulitate prorsum indigni, quantumque se haberent in propria cogitatione: nullaque, cum multa acciperent, accessisse dicuntur beneficia; quia si cognatis, si notis, si in patria natis omnia, & omnibus non confert, licet faciat & multa, nihil facit.

Ergo Didascalix proposito. Civibus, sicut & cæteris plura largitur favoris insignia, atque generosi cordis gratiosa dona. Pertulit infirmos, sanavit aegros, virtutes fecit, mira paravit; sed nihil tanta profuserunt, quominus increduli permanent, & celestem Archiatrum gratis despicerent: totque miracula nova nulla dicuntur; quippequam nulla bona, quæ nihil profunt.

5 Huic periodo astipulatur Paulus. *Si linguis hominum loquar, aut Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens.* O vita virtutum! Hicce omnibus donis, nihil sum. Insigniter extollitur charitas super omnia, rutilatque præstantia. Si varijs linguis, dummodò abicit charitas, loquor; nugipolylo quides sum. Si de summis, celestibusque dissero, quæ Angelis licet, & non homini loqui; crepitaculum. Si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia; seminiverbius, præco vocalissimus. Si omnem scientiam; buccinator egregius. Si fide montes transferam; verba omnia sesquipedalia verba. Denique si tradidero corpus meum, ita ut ardeam; sine charitate nihil sum. Tot charismata nihil? Nihil tor bona? Ita: Caveant, & paveant hypocritæ. *Nihil*

Ma. c. 6. s.

Nulla, nisi omnia distribuatur, amor arbitratur.

Onus bonis non placere omnino.

Quæ non præstant bona, nulla.

1. Cor. 13. 1.

Sine charitate bona vana.

v. 2. v. 3.

mibi prodest, ait: à donorum utilitate procedit bonitas; & nulla cætera dona, quoniam sine charitate evanescit utilitas.

Nihil mihi prodest. Nihil dicit; cum nihil neque officiat, neque proficiat. Totus, tantusque cumulus bonorum (debut dicere) mihi non prodest: vocatque *nihil*; quia si nihilo sine charitate totum, nihil erit omnino maius momentum. Coniuga *Nihil sum*, & *nihil mihi prodest.* Quoddam vinculum inter esse, & prodesse? Sane maximum. Loquitur Paulus, ut nova creatura, ut novus homo. *Esse novum à charitate*, qua proficit: vetusque deficit; siquidem exclusa charitate, prorsus inutile. *Nihil sum.* Næ. Si à charitate utilitas, impendit esse sine dubio charitas: & non habebit sine dilectione gloriam; quia *tali facto nullam consequitur gratiam*: ut ait Legislator & Dux Monachorum dulcissimus Benedictus *Regul. Sanct. cap. 5.*

6 Novum esse per genericam virtutum charitatem, perpende: nam ut ait Guilielmus Hefius *lib. 3. Emblem. 3. de Charitat.* sine illa omnia bona sunt arcus sine sagitta. *Quid valet O: Valet ad lacrymas, miserumque relicta* *Ad desiderium mentis, onusque valet.* *O Amor! O Animi pretium, resque unica nostri!* *O Amor! O longi casus doloris amor!* *Tu pretium es, tu summus apex, sine nomine, & illo*

Namine, sunt vacuum nil nisi cuncta nihil. Nolle Deum nihil est, nisi nolle inducat amore, Cælum nosse nihil, ni committetur Amor. Verticem Apostolatus audi. Perfuso Agni amaculati cruore, *Deus* (ait) *secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam.* Regeneratio esse novum arguit, & esse supponit. Qualis igitur spes, qua accipitur novum esse? *Viva.* Vivide: at inquirendum, cur viva dat esse novum, & quare dicitur viva? Utrique satisfaciunt. Spes & est mortua, & viva: mortua nihil prodest, viva verò præstat utilis: & viva spes utilitate dicitur quia solum prodest esse, quod esse prodest. A charitate vivere participat & prodesse. Idem enim in spe prodesse, & vivere: meritòque mortua dicitur in ipso esse; quæ nihil & nihilo possessorem iuvat sine charitate.

Terra est singulari forma; informis, quia nihilo, dicitur: pariter igitur spes informis, quoniam nihilo spes sine forma charitatis. Esse mortuum non est esse. Erat ne viva terrenorum spes, quæ suos quosque ut fortuna sape lubitò fallit, & crebrò ludit? Etiam in ipsis actibus, qui à vita, vitalitas mortuæ; dum utilitas vacua. Esse libatur utilitate: spesque infirma transfertur de morte ad vitam; quoniam

Charitas constituit cætera dona.

S. Benedictus.

Sine charitate bonis materia cælestia quasi arcus sine sagitta. Guilielmus Hefius.

1. Petr. 1. 3.

Charitas virtus vita.

Forma.

niam à vivificante charitate prodesse participat ad medelam.

Modò ad primum. *Esset* habet homo cum spe, & in spe; sed sola spes non ducit ad esse, quippe sola non prodest. Advenit dilectio, quæ radix vitalitatis, ac vivificatur vita virtutis: & cum vitam sequatur novum esse, per *spem vivam*, ait Petrus, hominem regenerari: igitur à charitate habet, quod virtus proficit.

7 Restat investigandum illud Ieremix: *Non erat homo.* Diogenis lamentum apud Erasum. Roterod. lib. 3. *Apophthegm.* Unde Laurentius Haëchtanus in *Microcosm. Emblem. 38.* ait:

In fora se confert accenso lumine mordax. Diogenes, medium Sole tenente polum. Quæro homines. Dicunt illi, quos querit adesse. Non, ait: hoc etenim vita ferina negat.

Non erat homo in finibus Israel? Plena populo signatur ab illo sedes regia. Hoccine flagitium: nimirum, sedere plenam populo solam, & hominibus vacuum. Non erat homo. Quid ergo? Erant homines, sed nihilo: & dum in nihilo non erant.

In imagine (cecinit Regius Psalmographus) *pertransit homo.* In imagine? Quid? *Imaginem veritati opponit:* interpretatur N. Gilb. Genebrardus hic. Sane feliciter. Homo verè imago veræ? Ergo non homo. Etenim non est homo rationalis imago. Qua igitur lege de homine dici potest *in imagine pertransit*? Effigies hominis est homo, sed fictus: & in imagine pertransit homo verus; quia offendit infelicitèr vacuum imaginem, quicquid implorat ad opem. Entitas hominis substantia est, imaginis verò figura: visoque labore, & semoto iuvamine, in imagine pertransit entitas veræ; quia ad figuram redigitur hominis tota substantia.

Fomes est igitur perspicuè respicientia, quòd homo pertranscat, vel gloriosus in imagine: etenim languescit vanitas, dum exploratur conditionis, & maiestatis fragilitas. Non inest huic brevitas periculum, dum homo ascendit, vel indignè in thronum. Haud quia pertransit in imagine vacillat: vacillat utique, si in imagine ad imaginem pertranscat. Ut faveat subditis, & miseros foveat, præstat in regali caduro: & illic non homo apparet, fed hominis picta imago; quoniam in scena imploratur ad opem, & saltigio pertransit stolidus in imaginem. Vernacule. *Passa gloria del cargo como en apariencia, y por ella el hombre à ser estatua.*

Uterius, Imago oculos habet, sed non videt: aures habet, sed non audit, &c. Vide *Tautol. 6. Did. 13. n. 16.* & seqq. Exprimunt opera-

Et mater.

Ierem. ubi 109. vers. 2. 5.

Laur. Haëch.

Thren. 1. 2.

Psal. 38. 7.

Geneb.

Non sibi vivit, qui non alij.

Quomodo homo duntaxat imago?

tionem naturam, quam Philosophi vocant essentiam, Græci *Ussian*; reque, atque auxilio infesto, confertur hominis imagini homo: quippequam si spe subdij hominem homo querit; conglutinata papyrus misero plerumque occurrit. Afflictio videtur & clamor auditur. Opem, supplicatque fert animus? Nullo modo. Ecce in homine hominis tantum imago. Ecce infelicitum fors, scilicet, sublevationis gratia fugere ad homines; & pro illis offendere veras imagines.

Plangere ad imaginem, dicitur de homine mœrente, & querulo de forte infesta, qui pelluceat secunda; igitur haud auxiliatur imago ulli spectanti, & persistenti in malum sinistra forte. Vide Erasum in *Cbil.* Nulli, quantumvis erecta, faver, neque audit, neque videt: & hominum homines vocantur imagines; quia nullius utilitatis sunt inter homines. Plange ergo non est homo, sed imago; qui reliquis prodest nihilo.

Idem ipse Vates astruit. De peccatoribus illis agit, quibus omnia ad lubidinem, & ait: *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Ubi florent fortunam ducentes, in sæculo opibus abundantes: non hominum imagines sunt, sed sicut cæteri homines. Quomodo igitur hominum tantum effigies, & hac inanitas? Imago inanis hominis, dicitur cadaver eius. Unde Virgilius *lib. 8. Aneid. v. 264.*

Informe cadaver. Nihilo cadavera profunt: dicunturque homines hominum simulachra; quippe dum vivunt nihilo, sunt cadavera viva. Vivunt quidem abundantes, & felices; verum pauperibus ad nihilum rediguntur. Ecce cadavera. Aura fruuntur; copiamque rerum obtinent, & retinent. Ecce egenis sculptilia. Coluntur. Proh nefas! Implorantur & anxie, sed superferent favore: si ad nihilum reducantur ut inutiles forma; haudquaquam erunt homines, sed simulachra.

8 Titulum ut potè adæquatam mæstus licet, approbat Zacharias. Intende. Errabat Israel mente, & corde, quasi grex sine ductore rege. Corde, quia pervicaci fronte in idola forebatur. Mente, quippe aberat inter pastores pastor, qui eius aperiret iniquitatem, & revocaret in saniores lucem: sicque in illum invenitur billi commota. *O Pastor, & idolum derelinquens gregem!* O, dolentis animi interiectio est. Sat. Non viget quicquam simile, aut secundum malum; quam loco pastoris intra vela videre vacuum idolum. Idolum circumspicere, & pastor eminet ludere. Ita: quaritur auxilium sicut è cælo à sella; ac in folio spectatur tragica simia.

Pastor, & idolum. Idolum pastor nequit esse.

Summa infelicitas, confugere ad homines, & offendere effigiem.

Plangere ad imaginem, quid?

Erasm. Roter.

Psal. 72. 20.

Virgil. Homo ad nihilum, hominis simulachrum, cadaver vivum.

Zachar. 11. 9. Improbis præiuris conditio.

esse. Erit ergo profecto pastor idolum; quia i culmina dignitatum scandit, duntaxat ut ascendat, thronum ascendit. Allevatur, ut auram popularem inhiatam sitibundus accipiat, auxilio haudquaquam ut pauperes mulceat. Extollitur, ut pauperes respiciat, verum respiciendo extollitur. Elevatur. Si pastoris aspectus subsidium est, cum animus in oculis sit, ut ait Plinius lib. 11. cap. 37. in simulachrum pastoris, quid fati aspicientes? Memini, quod quia in excelsis condita? *Excelsa* saepe in Scriptura vocari idolorum sana. *Destruam excelsa vestra & simulachra confringam.* Stadium fuit (ut opinor) doli solertis, atque obsequium vanitatis: nam cum ligna & lapides iure sententiae essent despectui; saltem adorarentur ratione loci. Exaltatur non in virtute sua pastor ad thronum. Vocatur inops, sed frustra plangit ad simulachrum. Misericordiam multat dignitatis splendor. Ergo idolum pastoris; & non pastor: cum idem sit flagitare auxilium; ac loqui ventis, & exorare insensibile truncum. Pro idolo, seu idolo pastore, Hebr. legitur *Pastor vanitatis*. Lepidet fastosi pastoris imago est. Pastor enim debet esse gregis, & minime vanitatis: pastorque merito vanitatis dicitur, ubi ad thronum extollitur; quia si muneri incumbit pacere gregem, ipso munere pacit incessanter vanitatem.

Malus pastor idolum est.

Plin.

Levit. 26. 30. Appetit indigne fastigia cunctis, ut adhaerent ratione dignitatis.

Hebr. Pascunt vanitatem, et non gregem.

Prov. 10. 4.

Quid sit ventos pasceret

Deservatur erimen, ut aliciat.

Daniel. 3. 1. Alapid. Solorza

Emblem. 16. in idolo Tyrannus graphicè pingitur. At arguitur, quod idolum vacuum? Florebat auro extra: ergo intrinsecus statua vacua: signat enim numquam non vacuitatem intus, quicquid extra pingit figuram intimi falsus. Iam ergo postremo pastor videtur *vanitatis idolum*, & non pastor: nam pastor nequit esse, qui destinatas opes ad pauperum opem; impendit & expendit in luxum & vanitatem.

Sape dicitur, quod extra falsus get.

Ezech. 34. 2. 8.

S. Ben. Multi pastores lupi raper.

Ioann. 10. 11. 22.

Pastor malus non est pastor, sed lupus.

Nullum est nomen dignitatis à munere dignitatis.

floris. De hoc plura alia: super sedeo modò. Quaritur balatu pastor, & spectatur idolum: deienfor & ecce lignum: imago circumspicitur pastoris, & non animus; cum officiat ut lupus. Pastor, & non pastor; quippe non prodest esse, quod esse non prodest. Perperam plausus, nomenque coherens, ni pastores, uti pastores ovibus profint. Nanciscuntur nomen dignitatis à munere: at sine munere dignitatis, quid esse proderit?

DIDASCALIA II. Esse omnino non videtur, qui nihil agit.

Cicer. 1. TEstatur M. Tul. Cicero lib. 2. de Natur. Deor. Abolebitur porro existentia, ubi caret operatione natura. Vel decore argenti nutantis, ut canit Mantuanus lib. 1. Parthen.

Bapt. Mant. Si longa quies ierit, fuscatur, & atram. Vertitur in scabiem, celerique absumitur ovo. Rem actuositas probat, non usus negat. Orium dispendium est: amittitur siquidem quod in usum non datur; & ut sit sic, obtrinetur. Atrilius dicere solebat (ut refert Plinius junior Epist. 9. lib. 1.) Satius esse otiosum esse, quam nihil agere. Archimedis problema est, cui arderet illud Scipionis, se nunquam quam in otio minus otiosum esse, dicentis. Contule Plutarchum in Apophthegm. Romanor. & Erasum. Roter. lib. 5. Negotium mulcorum otium est: & amplior otiositas tempus terij, & absumi nescire. Si in otio nihil agitur, quid Ateilius agit in otio, ut utilius iudicet otiosum esse, quam nihil agere? Afruit Seneca de Brevit. Vita, cap. 10. Nihil prodest, quantumlibet ingeras. Sine utilitate, exercitium otiositas. Occupatio desidiosa est. Opeprofus otiosus. Opus perdit; quippe agendo nihil agit.

Plin. Melius est otiosum esse, quam nihil agere. Quam nihil agere, quoniam in otio minus otiosum esse, dicentis. Contule Plutarchum in Apophthegm. Romanor. & Erasum. Roter. lib. 5. Negotium mulcorum otium est: & amplior otiositas tempus terij, & absumi nescire. Si in otio nihil agitur, quid Ateilius agit in otio, ut utilius iudicet otiosum esse, quam nihil agere? Afruit Seneca de Brevit. Vita, cap. 10. Nihil prodest, quantumlibet ingeras. Sine utilitate, exercitium otiositas. Occupatio desidiosa est. Opeprofus otiosus. Opus perdit; quippe agendo nihil agit.

Luc. 2. 10. 25. Idem est esse otiosum, ac non esse. Dabo vobis os & sapientiam, dixit accessis Magister & Dominus N. Sapientiam & os? Ita: nam si importune ab illis verba proferuntur, os habent, sed non loquentur. Concedet utique sapientiam, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: verum & os? Astomi ne sunt discipuli? Non. Qua ergo lege, aut conditione, si possident, dabit? Otiosum (ait Hieronymus Comment. in cap. 12. Matth.) est sine utilitate loquentis: proveniuntque verborum expulso, os habent qui loquantur, & non habent; quia illud habent, quasi non haberent. Terra primordiali conditione, ab aliquibus dicitur nihil; ab alijs autem otiosa. Variantur voces, verum non statum: cum idem sit esse otiosum, ac non esse.

Hieron. Genes. 1. 2. Hebr. Symmach. Dabo vobis os & sapientiam, dixit accessis Magister & Dominus N. Sapientiam & os? Ita: nam si importune ab illis verba proferuntur, os habent, sed non loquentur. Concedet utique sapientiam, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: verum & os? Astomi ne sunt discipuli? Non. Qua ergo lege, aut conditione, si possident, dabit? Otiosum (ait Hieronymus Comment. in cap. 12. Matth.) est sine utilitate loquentis: proveniuntque verborum expulso, os habent qui loquantur, & non habent; quia illud habent, quasi non haberent. Terra primordiali conditione, ab aliquibus dicitur nihil; ab alijs autem otiosa. Variantur voces, verum non statum: cum idem sit esse otiosum, ac non esse.

Luc. 2. 10. 25. Idem est esse otiosum, ac non esse. Dabo vobis os & sapientiam, dixit accessis Magister & Dominus N. Sapientiam & os? Ita: nam si importune ab illis verba proferuntur, os habent, sed non loquentur. Concedet utique sapientiam, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: verum & os? Astomi ne sunt discipuli? Non. Qua ergo lege, aut conditione, si possident, dabit? Otiosum (ait Hieronymus Comment. in cap. 12. Matth.) est sine utilitate loquentis: proveniuntque verborum expulso, os habent qui loquantur, & non habent; quia illud habent, quasi non haberent. Terra primordiali conditione, ab aliquibus dicitur nihil; ab alijs autem otiosa. Variantur voces, verum non statum: cum idem sit esse otiosum, ac non esse.

2. Vitis frondosa Israel, inquit Osee. Ita quidem. Extendit palmite suos ovae ad mare, & usque ad Euphratem propagines eius. Fructus (subdit) adequatus est ei. Sanctes Pagninus pro frondosa, legit: Vitis vacua. Polite coherens frondositas, & vacuitas: nam ambitiosa luxurie ostentabunda, promittebant in pompa frondes & folia. Vacua vitis frondositate describitur; & etiam fructus vacuae vitis obumbratur. Si vitis fructuosa, quomodo vacua? Succum utile diffundit otiosus in frondes, vanoque cultu expendit in palmite: & signat semper vacuitatem fructuum, vana ostentatio viridantium foliorum. Vitis nulla erat, profert Doctif. Gaspar Sanctius hic, num. 4. Nulla, & frondosa? An quia nulli? An quia vacua? Satius, quia otiosa. Subtrahitur esse nihil agenti, & agenti sine utilitate: unde otiositas tanta dicitur nulla; quia ipsamet frondositas vitis signum erat detestandae prorsum otiositatis. Factus est Israel vitis abundans, secus ac foemina. Cultus disparitas est: igitur sine cultu vitis otiosa, foemina cultu. Vitis abundans, inquam: at nulla dicitur. Ambigitur vitis existentia, dum ostenditur veniata? Na. Cultus illius exprimit, quem erga cultorem fructuum Israelitica vinea deferrebat. Cor eorum vanum, longe à Deo, quantumlibet labijs simularet cultum. Quod in idolis deferrebat, & offerrebat inaniter diabolo, retribuere debebat libenter agricolae Deo: at iure dicitur otiosa & vacua; quoniam nihil Domino largiebatur praeter folia. Plena fructibus indicatur vana vitis, imò nulla. Evanuit pulchritudine frondis, nihil habens fructus utilitatis. Adaequatio fructus clarescat modò, Vitis quia otiosa, nulla: Fructus adequatus est ei: clamatur Propheta. Quisnam fructus, si nullus? Sanequam terrae inutile pondus. Vanitas vanitati responderet, & nihilo nihilumerit ita frondosa vinea fructus adaequatus, cum cinere fumus. Poma ad speciem pulchra, oculi gratata, seu potius luminum philtrea, videntur ad Mare-Mortuum; at tamen decrepta dissolvuntur in fumum. Ita refert Christianus Adrichomius in Theatro Terre Sanctae 3, in Tribu Iuda, num. 28. Qua de causa? Naturalis difficilis, prompta moralis. Cognitionem cum otiositate habet aqua quasi plumbea Maris-Mortui: quapropter huic, otium assimilat Cordubens. Stoicus Epist. 76. Oh! Aquae illius stagnatur: etiam flante Aquilone, non commovebitur: adeo enim contraria est mortui, ut volucres praeterentes exanimet, halante gurgite. Otiosa nonnunquam manet; & fumus pro fructu otiositatis respondet. Qualis fructus, vel conspectui pulcherrimus poterat

Osc. 10.

Paga.

Exiguus fructus, ubi nimis ornatus.

Sanct.

Fides sine operibus, vanitas.

Vanitas vanitati respondet. Pomodoro.

Adric.

Senec. Mare-mortuum otiositas solum.

ex

expectari ab otioso; nisi fumus, qui à levi rapitur vento?

Aqua reliquæ affluxu & fluxu, à decursu & motu, vivæ dicuntur. Maris-Mortui à quiete, mortua. Imago otiosi non otiosa, sed opportuna. Vox herec congruit: sed Senecæ, ut otiositatem eliminet, vox Otiositas, uti inadaquata otiositati, non placet. Non est ergo otiosus: aliud nomen imponas. Ager est, imò mortuus est. Ille otiosus est, cui otij sui sensus est: hic verò semivivus, cui ad intelligendos corporis sui habitus, indice opus est. Hæc Seneca de Brevit. Vita cap. 13. Proprie otiosus æger; siquidem facultates torpescunt ratione morbi. Modò mihi claret, cur Legislator Monachorum N. Patriacha inter instrumenta bonorum operum, cap. 4. Regul. Sancti. instrum. 38. apponit: Non esse pigrum. An quia Monachum instruit perfectum? Imò vivum. Vivum? Ita. Deses mortuus inter vivorum speciem: quia licet habeat vitam, non habet vitalitatem.

Otiosus
æger.
Senec.

S. Benec.

Imò mor-
tuus.

Luc. 6.9

Mors &
otiositas
serores.

Qui otio-
se vivit,
vitam
perdit.

Ioann.
10. 10.

quid plus, quo potiantur homines abundantius? Vitalitas. Plus vitæ additur vitalitate, quæ obtinetur in vitæ, operatione. Otium illam minuit, & terit: in vitæque abundantiam vitæ Christus promittit; quia plus erit abundantio vitalis operationis, dum vita minus habet otiositatis. Absurda poterat cogitari promissio vitæ (otiositatis morte despecta) vivo, licet arida manu. Nesciebat otiosus otiositatis iacturam: mortui vitæ, vivebant. Arida manui Christus præstitit, quod otium aritudine abstulit; & vitam præbuit habenti; ubi largitus est motum, & operationem manui.

4 Constituenti erant principes discipuli Domini, & post vitam manui arida restitutum, quos vocavit, Elegit, & Apostolos nominavit. In miraculis documenta sunt, siquidem vel in carcere audiuntur opera Christi. Præsignavit imminens periculum otiositatis, amplioris discriminis in fastigio culminis: igitur nihil magis dedecet principes, quam habere in caducis manus arentes. In manco restituta manu, mira patravit: confirmandis verò Apostolis, & ad omnem scientiam provehendis; alia quoque in illo miraculo accessit instructio: nimirum, ne vitæ, quæ agendo erat abundantius perferrunda; throni & munerum vacatione iudicaretur extincta.

In dextra sedentis supra Thronum (graphicè umbraatum à Ioanne) erat liber sigillatus; sed à nemine, nisi ab Agno aperientus. Illic erat, sed stabat. Vidit Propheta cuiusmodi agnum; at vidit tanquam occisum. Moriundum Aquila signat in throno, quem plaudit seniorum cœtus ambitiose famulatur? Ita. Liber negotium sæculorum, & Agnus desiderium erat: expectabatur siquidem expeditio libro expanso. Apparuit cui munus incumbebat (nam ille duntaxat aperire poterat) sed stabat. Non incongruè Agnus in folio iudicatur quasi mortuus; ubi illo adstante, liber adhuc remanebat sigillatus. De hoc aliquid acrius.

Ad rem ergo. Stare, signum otiositatis est. Expeditio instabat, sed Agnus stabat: Nec mirum, quod videret Ioannes illum tanquam occisum, dum tantem videbat tanquam otiosum. Non, occisum, ait, sed tanquam occisum. Subtilis modificatio. Oculis nihil agit, nec agere potest: tanquam occisus potest agere, quia vitam ducit, sed nequaquam agit: & minimè demonstratur occisus, sed tanquam occisus; quia vitam habet, & non habet otiosus. Operositas otiositatis vulnus est: semivivus patet otiosus: vitæque illius deliquium patitur; quoniam si operosè, utipotè lux, dum extinguitur, ardet; nihil agendo, quandiu lucet, extinguitur.

Plus est
vitalis
operatio-
nis, ubi
minus
habetur
otiosita-
tis.

Luc. 6.
11.
Probrum
principi-
bus illi-
beralitas

Et est
ratio in
manere.

Apoc. 5.
6.

Vita otio-
sa mor-
tua vita.

Vitam
habet &
non ha-
bet otio-
sus.

Uf

5 Us operaretur & custodiret illum, in paradiso collocatur Adamus. Ut custodiret? Etiam: quantum auguror, sufficit operatio. Nullo in fulcro magis nititur custodia vigilis, quam in operosa actualitate præsidis. Ut operaretur Alapide, Ne otio labasceret. At quodnam otij inhibi periculum? Vitæ. Vitæ: Sanè. Flante Domino precipuulum in eius faciem, factus est homo in animam viventem: ac in operatione Adæ extenditur vitæ; ne otiosè iaceret vivo in corpore sepulta.

— Prima est homini possessio primi, Ad quam deductus, vitæ exultare perenni Accola iussus erat: iamque inter munera prima Dum fit dignus adhuc, discitque labore mereri Quo potitus plena fructum virtutis adeptus, Experi curarum, votique ignarus agebat.

Hæc Mar. Victor. lib. 1. Genesios, v. 307. Homo Adamus est: elarefcatur. Cadaver est hominis, & non homo, qui otiosus; & cuius vivo in corpore mens sepulta: alruit Ericius Puteanus Orat. 9. liquet: iubeturque Adamus custodire paradisiu operosè; ne videretur in vano animam accepisse. Otiositas hominum apud Mathæum vocatur dormitio. Cum autem dormierint homines, ait: perproprie. Otiositas vigilantis est somnus: si ergo somnus nihil est, nisi mortis imago; sepelitur otiosus corpore vivo. Vide Apophthegm. Erasmi in Alexand. Plutarch. & Conrad. Licofthen. verb. Otium.

6 De folio ad pascum dejecit Rex elatus, ut quiescat: namia quidem felicitate laboraverat. Ingemuit thronus mole levitatis arrogantia, & vento superbia. Haud sit tibi novus stylus: Fecit Deus ventis pondus; ut librata superbia, respondeat æquo pondere mensura. Pondus in folijs fastus est; non cacuminis fulcrum, neque subsidium: siquidem thronus si gravatus iacet; indignum præsidem impetè evomit. Nabuchus igitur vagabatur per silvas reperculsus, ac quoquò versus bachabatur infansus. Quid novi? Apparuit in agro, quod latebat in folio. Nonne ego dixit. Quot monstra molitur vana hominum cogitatio, Nonne ego? Nihil humanum lustratur in homine, cuius animus aufugit ab humanitate. Nonne ego? Tetra vox, innumeraque gignens bella: vox sane superbia; igitur omnes volunt esse primæ persone.

Sic septenio degit, qui fuerat Rex, & trantactis belluitatis diebus, de seipso testatur; Sensus meus redditus est mihi. Quid? Sensus ne raptus, ut alitruar restitutus? Nullo modo. Cur ergo sensu manente, proponitur restauratio? Erat otiosus: habebat profectò sensus, sed sine sensationibus habebat: diciturque sensus raptus; quia operationis de-

ficiebat usus. Nihil agebatur ab humano sensu in esse humano. Nihil prorsum: haud mihi censerit ab hominibus abductum, quæ ad operationem destinaverat otiosam.

7 Pro sensu aliqui Doctores cor intelligunt: nec incongruè, iuxta illud ver. 13. Cor eius ab humano commutetur. Cor igitur fons, sive sedes est vitæ. Dum cor restituitur, raptum certocertius explicatur. Quomodò raptum? Quamvis adinstar bellæ, vitam habet Nabuchus: utique, sed habet otiosus. Vivit, sed nihil agit: vitæque illius cum corde perhibetur adempta; quippe in urna vivi corporis detinebatur sepulta.

In se reversus est prodigus, dum ad patrem adire decrevit. In se reversus, dicitur. Quò abiit? Extra se. Iure uti insanus explicatur otiosus. Cupiebat tantum: nihil agebat, sed stando stabat. Quid igitur reliquum fieri; nisi à se discedere? Si à se discessit, decessit. Etiam vitæ fugens? Ita. Fecit otium: igitur vivi hominis est voluntarium sepulchrum.

In se reversus est prodigus, & rex Nabuchus. Utrique redditur sensus. Attamen circumspiciendum & quidem vigilanter, quod hic num. 6. alruit Sanctinus. Dum ratio restituitur in regem, ratio regi restituitur, quasi iterum (infit) reversus in hominem. Quantum sapio, quantum capio: quid est hoc? Homo in hominem revertitur? Inauditum à Philosophis. Prius homo erat. Et hoc creperum. Vita otiosa erat, homo otiosus, & otiosus sensus: in hominemque convertitur, ubi rationis illi redditur usus; quia homo nihil hominis faciens, cadaver est hominis, & non homo. Vide alia Tautolog. 5. Didasc. 6. num. 12. & Didasc. 8. num. 6.

8 Assentitur Nahum. Dormitaverunt (ait) Pastores tui Rex Assur, sepeliuntur Principes tui. Dormientes non sepeliuntur, sed cubitant, vel recubant. Alexaader (ut refert Erasim. Roter. ubi supr. lib. 4. Apophthegm.) Nullum cogitavit discrimen inter mortuum, & dormientem. Vigiles vocantur pastores, apud Ambr. lib. 2. in cap. 2. Luc. Dormierunt vigiles: & sepeliuntur, etò alitruat vitam dormitio; quoniam pastores sepeliuntur in otio. Quicquid indulgent quieti, subtrahunt vitæ. Neutiquam viventis, vivunt otiosa vitæ: cum vivi hominis otium sit sepultura. Sepulchrum signum mortis est dormitio vitæ. Ita, sed vitæ otiosæ: pro eodemque acceptum; cum homo sit in otio cadaver visum. Nabuchus redditur sensus, ac in se revertitur prodigus. Argutè expenduntur vitæ officiositas, & utilitatis adivitas. Surrexit prodigus, & resurrexit: redeuntique conceditur vitæ; quasi esset antea facta somnus & somnia. Extra se, etiam

Otium
sepul-
chrum.

Luc. 13
17.
Otiosus
insanuit.

Casp.
Sanct.
Homo in
hominem
reverti-
tur, dum
operatur

Nah. 3.
18.

Erasim.

Ambr.
Vigilans
otiosus,
cadaver
vivan.

Resurgit
operatio-
ne.

D

etiam Nabuchus abibat, & hebebat. Sensus aderat; quia non usus: & modò dicitur redditus: sed ubi habuit usum, habuit & sensum.

9 Audacter cum obliuaret Ieroboam minaci voce Prophetes Iuda, Rex ira percitus minacem extendit manum, punitum eum: Sed omnia minæ, & annexus; nam Regis exaurit manus, quam extenderat temerè, nec valuit contrahere. Obstupuit, eique dedit intellectum vexatio. Pigrit facti, atque preces prosternens ante Propheten, ait: *Ora pro me, ut restituatur manus mea mihi.* Oravit: *Et reuersa est manus Regis ad eum.* Plura mentem accunt, ut illa laboret. Manus Regis aruit, at ab illo non femota: quo ergo pacto est restituta? A brachio minime auulsa: quomodò ad Regem refertur? Manus Regis erat, & non alterius à Rege. Ergo tautologizat, si dicit: *Mea.* Denique, Manus eius cum eo, cur enim profert: *Ut restituatur manus mea mihi;* dum licet arida carpo firmiter hærebat? Promam.

Rater his questionibus expositio testimonij Zacharia. Sic igitur ut in *Lit.* Explanatio- ne vidimus, ait de Pastore idolo. *Brachium eius ariditate siccatibus.* Siccat, si arefcit. Etiam; & etiam arefcit, quauis non siccat, nec fecerit: siquidem in pastoribus, & principibus, manus non solum arefcunt ariditate, sed etiam otiositate. Unde habenti manum aridam, restitutam legimus per Salvatorem; quia restituit illi operandi facultatem. Manum aridus extendit, & tunc habuit.

10 Modò defestendum ad Ieroboamum. Arefacta repente manus regia, subito etiam restituitur sanitati. Incongrua videtur locutio, cum sanitas manui, non autem manus sanitati restituatur. Hypallage est, & ingeniosa. Manus arida non est manus sed obex: & manum Rex cum fortuna restaurat; quia arida otiose proculdubio perierat. Pendula sine motu inhærebat Regis brachio, brachiumque similiter aridum hærebat humero. Miraculose movetur utrumque: diciturque operatione manus reuersa; quia otiosa nihilo, quasi effect auulsa. *Manus mea,* inquit: Cuius ergo, si non ipsius? Haud circumloquitur. Languefcit ut princeps: ac suam manum exposcit ad usum operationis; quia manus arefacta non erat Regis.

Mibi, subdit. Non tantum *Manus mea,* sed etiam *Mibi,* Cui igitur? Aptè sibi. Manus eius cum eo, sed non opus: & sine operatione, Princeps cum manu mancus. Mortua manus eius. Ideo nulla. In alio utpotè separata, manus non operatur: & sibi postulat ut operetur. *Mea mihi.* Fungor munere, si munere fungor. Approbant, & comprobant munera Re-

ges: erit enim lapis, sine manibus Princeps. *Mea mihi,* & meritò: arida vocabatur otio, rogatque Prophetam, ut manum quam habet, sibi festine restituat; igitur si sibi, & usui non habet; manum quam habet, quasi non haberet.

11 Distributis à Domino talentis secundum propriam virtutem servulis singulis; qui unum acceperat, fodit in terram, & meditatò abscòndit pecuniàm. *Unius autem talenti nomini intellectus tantummodò designatur.* Ita N. Gregorius *Homil. 9. in Evang.* Quò plus attollitur, eò altius præcipitatur: labascit siquidem homo, ubi in illo viger intellectus tantummodò. Vide hic. *Didasc. I.* Intellectus & operatio in pectore rationali sunt Diomedes, & Ulyses; Scipio & Lalius. Scorfim nihil: simul verò plurimum posse, & professe. Mens & manus debent neci: equidem præceptus manus sine mente operosa, & mens sine operatione terret phantasmã. Habet intentum, & non assequitur scitum; igitur omnia rationalis nanciscitur in intellectu manuum. At de hoc latè loco cit. In terra collocavit piger talentum, ut otia retur. Locus defidi aptus: manet enim otio intellectus sepultus. *Pater. In sudario posuit talentum.* Dum reposuit in sudario, arbitratus est extinctum: sunt etenim defuncti per otium signa ferale amiculum, & alba toga: quandoquidem haud facile potietur talento; quisquis habet involutum in sudario. Habebit ne intellectum, qui habet otiosum?

12 Subindè. Ratione posita, & duplicata mercede pro uniuscuiusque labore; cui decem Dominus talenta ultrò fuerat clargitus, dedit & pigri: & tunc, *Omni (ait) habenti dabitur: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Irrerita sententia. *Ei qui non habet?* Pigno seruo talentum commissisti, quod quidem in sepulchro habet. Ita, verum non habet, dum habet in sepulchro. Habet creditum talentum, sed otiosum: at si iacet otiose, non habet habens, sed videtur habere.

Talentum intellectus est, qui volitat ad summa, vel descendit in ima. Impendium (seu collocatio talenti) intellectum astruit, vel intellectum destruit. Servi nequam, nequam depositum fuit: ac intellectus negatur habenti; quia non habet talentum is, qui in cœlestia pennis cordis ascendere debet; & gravi corde in terrena pronus, otiosè sepultus, atque stolidè iacet. Etiam dialectus Hispana est. *Esse no tiene talento.* Theaurizare ius erat in cœlo; & abscondit pecuniã in sepulchro. Cum interierit, non sumet omnia: & quia transmittere potuit in cœlestia per manus pau-

Greg. Magn. Intellectum tantummodò non est talentum.

Luc. 19. 20. Non habet intellectus, qui habet otiosum.

Math. 25. 29. Sed videtur habere.

Despici, qui terrena sapit.

Nihil est, quod sua frã habetur.

pauperum; percutiet pectora sua. Nunquid nam hebebit talentum hominis intellectus, quandiù præ otio sedet inter mandana sepultus? Exitus dotes pretiumque probant. Otiosè talentum terræ creditur: inutiliter sudario committitur: atque talentum habenti negatur habere; quia tam sibi, quam alijs prorsum inutile. Habet esse, sed inane. Non habetur, quod non est. Nihil illo peragitur: ergo nihil.

DIDASCALIA III.

Nihil est inutile paria.

Ius civ.

ITA habetur Leg. *Quoties, si quæ satisficere cogantur.* Prùs dixerat Sira-cides. *Sapientia enim abscondita & thesaurus inuisus, qua utilitas in utrisque?* Nulla, quia nihilo. Nec clam est in Arbore scientiæ boni, & mali: ac in seruo, qui abscondit noxiæ pecuniã domini sui. *Divitiæ dicuntur facultates,* propter facultatem expeditionis: ergo sine facultate, non divitiæ. Sanè apud omnes, præter avaros, divitiæ computantur ab usu. Audi modò. Sine usu, divitiæ nihilo. Dum eis homines utuntur, expendantur. Quid, aut qualis erit huiusmodi titulus, eò vehementior, quo fallacior? Quorsum divitiæ, si nihilo habita, & nihil expensa? Habebit ergo servus talentum & non habebit; quia insumptum & consumptum minime prodest.

Eccli. 4. 17. Cur divitiæ dicuntur facultates?

Verf. 10. Olim in nummis imaginetur Numinis.

Virgil.

Improbi obtinuerunt divitiis, opes superbas; & quia in nummis imagines Numinum, ut notetur civilium idolorum vacuitas; prædicat Vates Regius ad nihilum redigendas. Qua enim conditione, dum abundanter potiuntur? Quid? Etiam possessæ fortunæ evanescent. Si assumpta, & impensæ prorsum inutiles; sanequam ab nihilum redigentur imagines. Si dixeris, *Non habent,* sed quod fat, *videntur habere;* nil ultra possidebunt præter imaginem.

Petr. Divitiarum onerosa sterilitas.

Ulpian. Pecuniã steriliã quæ?

Dioclet. bonis cœlestibus vacui.

— *lacent peritus defossataenta*
Cœlati argenti: sunt auri pondera facti,
Inficilique mihi.
Aiebat Magus apud Virgilium *lib. 10. Æneid. v. 527.* Planè infecti, & facti. *Onerosa sterilitas est,* dicit Francisc. Petrarcha *Dialog. 53. Part. 1.* Retenta insumitur, insumpta atteritur. Onerosa omninò: nam talentum & talentum nil aliud fuit, nisi pondus & pondus. Sunt certè pondera auri, sed pondera possidentii. Meritò si iacet apud Ulpianum *leg. 2. de Contr. Tutel.* vocatur *sterilis;* siquidem otiosa nequit fructum parturire utilitatis.

Terram in canubalis, antequàm appareret arida (solfiores in argenti, auri que sodinis ex ariditate terræ copiam arguunt; quippe va-

cuitas terræ theauri signum. Confule Georgium Agricolam *lib. 1. de Re metallica.* In terra rationali est documentum: quippequam terra humani cordis sæpe iacet sterilis, oppleta divitijs) habuit mineralia aliqui autumant: alij ad diem usque tertium, & rationaliter negant. Si telluris articulus cogitatur, bene omnes. Opes erant, sed recondita: divitiæ, verum sepultæ. Ad quid thesaurus inuisus? Si divitiæ nihilo, quid divitiæ? Paria sanè nihil & inutile. Vacua terra erat. Cum abundantia opum penitus nihilum.

2 *Confidunt in nihilo,* conclamat Propheta Evangelicus de Iudæ divitibus. Quid hoc nihilum (si potest dici in nihilo, hoc) in quo confidunt, omninò creperum. Quidam idola intelligunt, iuxta Paulum *1. Cor. 8. v. 4.* dicentem: *Nihil est idolum in mundo:* de quo Nos egimus in *Prolog. Galeat. §. 6. num. 1.* Alij divitijs; nec obstat, quòd idola vocentur: etenim sitibunda, ac insatiabilis avaritia facultates venerat tanquam idola. Estò: verum enim verò divitiæ tenentur, & detinentur: quomodò ergo in illis & cum illis, nihilo habentes fruuntur? Quia detinentur? Ita. Expensæ nihil iuvant: sunt, si iuvant expensæ. Quæ fabrica divitum in mundi foena fingitur ad oculos? Quæ machina & moles avaros allicit, ac nutans pectora mulcet? Tricofæ præfignis sunt & fumivendulæ: igitur amiffa non habentur; & habitæ inaniter amittuntur. Sine usu qualis discrimen inter maissam auri, ac pilam luti, interque aceruum lapillorum, ac frusta ruderum? Nihil ergo sunt facultates inutiles; eò quod si opus non conferunt, non sunt opes.

Notatè dignum, quod de unione Plinius observat, *Usu atteri (profert) non durium est, coloremque indiligentia mutari.* Sic ille *lib. 9. cap. 35.* Ufu & non usu perit: diligentia, & indiligentia venustas fugit. Eximia est pretiositas & pulchritudo; sed delicata & fastidiosa conditio. Debilis utique status: & tenerima fortunarum temperies: rectè per unionem rutilum significatur divitiã. Hæ per proprio naturam unionum sapiunt: nam si habentur, habitis non utuntur; & si utuntur habentes, non habentur.

Ducentos argenteos in idolum Michas expendit. Figuram tantum in idolo commutavit. Rapure filij Dan: quibus ægrè ferens (Numen subornatum arbitrabatur furrip, sed verè sub larva Numinis opus argenti) ira commotus dixit: *Deos meos, quos mihi feci, tulistis & sacerdotem, & omnia que habeo, & dicitis: Quid tibi est?* Perpende voces & animum. Si queris, quid habes? Si habes, & omnia; de quo payidè queris? Modò affirmas,

Georg. Agric.

Terra cur vacua divitijs ple-na?

Isai. 59. 4.

Divitiã idolajus

Nihil in-utiles opes.

Plin.

Conditio illarum debilis, et fasti-diosa.

Iudic. 18.

J. Reg. 13. 6.

Zachar. 11. 17. Manus in homine arefcit otiositate. Luc. 6. 10.

Manus otiosa nõ manus, sed obex.

Deest Principè munificentia.

Opus restituit, quod otiosè rapit.

Ita mo-
mentum
illarum
in posses-
sione, et
privatio-
ne.
Nummi
ut Nu-
mina co-
luntur.
Senec.

modo cum affirmatione negas. Tulerunt, & habes? Ita: nam si divitiæ nihilum, si nihil; distinguetur ne ab amissione possessio? Habes, & tulerunt. Utrique: idem momentum habent possessæ, & raptæ.

Deos meos, ait: Nummos, an Deos? Si sui erant; nummi, non Numina erant: è tuto adorat: in illis autem Numen inesse putat: ac fovet vitiis cornu cultus larva religionis; dando morbo excusatam licentiam exemplo *Divinitatis*. Ita Seneca de *Brevit. vit.* cap. 16. Subdit miser: *Quos mihi feci*. Ignorat sanè Michas, quid sint divitiæ. Quas dederit, illas habebit opes: & sibi avarus non habet, quia sibi fecit. Pro *Habebam*, ingerit *Habeo* & *omnia*. Sese in utroque fessellit. Nec habet, nec habebat. Non habebat, quia habebat quasi tulissent: non habet, quia alteri copia divitiarum prodest. Clarior igitur. Non est habere, habere, sed frui: nec non habere, carere, sed privari: & Michas inquit, habere se divitiæ, & non habere; quia si nihilo habitæ, & nihil expensæ, nihil erunt profectò univerfæ divitiæ. Liqueat: qui habent, quasi non habentes sunt: & qui utuntur, quasi non utantur; siquidem vel in usu consumuntur. Fecunditatem auctoritatis vide hic *Didasc.* 8. num. 15. *Tautolog.* 2. *Didasc.* 2. num. 7. & 8. & *Tautolog.* 5. *Didasc.* 20. num. 29.

3 Si expers tui, conscius veneni (nam ut canit Lucanus lib. 9.

Fecimus aspida merces.)

Quod blandiendo pungit, mulcendo perimit, titillans hoc bonum fallax inspexeris; despicias ut malum, quod duntaxat apparet fumivendulum. Non est bonum, quod per se non quaeritur, & quo animus quiescit. Utinam corda saperent, & intelligerent! Non est bonum, ubi est ultra. Si ultra, non quiescet. Erit ne ubi tremat, timet, & pavet? Quid non mortalia pectora cogis execranda fames! Propter aliquod aliud fuit opes. Dum deficit usus, frustratur hoc aliquid.

Quid de divitibus dicat Rex pauper & inops, audite. *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis.* Duo notanda. Primum, cur dicit, *Viri divitiarum*, & non potius *divitias viro- rum*? Alterum, quomodo nihil manibus suppetit, si in divitijs obviantibus, vel pes offendit? Utrique faciam fatis. Opes possidentibus hominibus servire debent, non autem divitijs homines. Illæ illorum sunt, verum non illarum illi: dicitque Psaltes *Viri divitiarum*; quia viri non habent, sed habentur ab illis. Divitiæ hominum sunt, ubi habeantur, & illis utuntur. *Viri divitiarum*, quæ divitiæ dominantur. Quapropter si opes non faciunt di-

Sine usu
divitiæ
nullæ.

Lucan.

Non pos-
sum esse
bonum.

Psalm.
75. 6.
Divitiæ
hominis
sunt, non
hominis
divitiarum.

vites, sed timidos, vigiles, ac servos pretiositatis custodes; non sunt divitiæ hominum, sed homines divitiarum. Multa bona habet homo; & parat, quia parcat bonis. Quidum bona? Ah miser! Licet excuti possit, servitus est. *Multa mala blanda sunt*, statuit Cordub. Stoicus *Epist.* 119. Non oblat voluptas servitutis, cum in servitute evanescat cogitatio voluptatis; & nulla propudiosior & gravior calamitatum; quam qua homo nihil differt à servo, cum sit dominus omnium. Secus Paulo, quam his fortunatis usuvenit. Tanquam nihil habens omnia possidet, 2. *Cor.* 6. v. 10. Quo pacto?

Pauper non est, verum cui suppetit usus. Canit Horatius lib. 1. *Epist.* 3. Usui nihil habentes pauperes, omnia possident: & viri divitiarum omnia possident; & nihilum habent.

Adest nunc satis ad secundum. Divitijs certo habebant, & arcebantur ab usu. Esse divitiarum respectivum. Dum plus consunt, magis desunt. Si abigitur usus, illarum terminus; mirum non est, quòd homines divitiarum nihil habeant ad manus. Rabbi Kimhi: *Dormierunt somnum suum* (ait) & non invenerunt manus suas. Manus defuit dicitibus. Non novum, si cor aufugit. Largitio manus construit, retentio abnuit. Mani divites sunt, dum opes possident; quia nihil unquam opum ad manus habent. Manus divitijs plenæ ostenduntur pauperibus omninò vacuæ. Ab inopia manuum procedit nihilitas opum. Manus signum usus est: in usu opes, opes sunt: nihilque rectè dicuntur in manibus invenisse; quia deficiente usu, defuit & esse. Non est in pretio pretium: multoties in existimatione est æstimatio. Quid si defuit? Volitant tunc è manibus fugitivæ opes, & divites pleni dimittuntur inanes.

4 Operti opibus sicut iniquitate, & impietate, stragem à Chaldaïs superventuram Ierosolymitæ arroganter alba mente aspernabantur. Proh miser! Nesciunt, quale sibi manet fatum. Rimatur Hais illorum vanam spem; & illam ridens, ut ploderent fraudem, & ad meliorem mentem respicientes venirent; ne femel lapsantes, plus ultra offendentes, in manum de qua surgere non possent, sese precipites darent; ait illis, *In nihilo confidere*. Nihilum vocat divitiæ, ut vidimus n. 2. Quonam modo nihil, si divitiæ tanti sunt, & tanta? Illis, non verò Chaldaïs. *Suscitabo* (ait Dominus) *super vos Medos, qui argentum non querant, nec aurum velint*. Despectus auri & argenti promit dolum falsæ fiducia: In nihilo fidunt, dum fidunt in auro? Plana è nihilo. Aliquid sunt divitiæ, ubi corda fascinata splendore venerantur: nihil verò, si despectui (ut par est) opes habentur. Æstimatio pretium

Divitiæ
bianda
mala
sunt.

Horat.

Kimhi.

Divites
nihil ha-
bent, ha-
bent di-
vitiarum.

Isai. 59.
4.

Id. cap.
13. 17.

etiam

Esse dat
opibus
estima-
tio.

Ac de-
struit op-
tivum.

Ubi su-
pr. cap.
59. v. 5.

Labo-
r divitium

Parce
divitiarum
quænam

Verf. 6.
Ab asse-
ra pen-
dei esse
dicitur, vel
dicitur
divitiarum.

Plaut.

tium est. Nihil ergo sine affectione & cupidine sunt: iccirco asserit Isaias, illos opibus quasi nihilo fiduciam habere; quia despectu & respectu Medorum, etiam vaticinatur, divitijs nihilum posse. Tit illat animum tinnitus argenti, cor prurit pallore auri; ac utrumque oblitrept in peccore. Æstimatio pretij non est, sed pretium æstimationis. Pondus metallorum leve alis cupientis; quippe pondus, non quod portat, sed quo fertur, amoris: caterum non commovebitur nolentis animus, quoniam illi tantummodò pondus: unde Iudæorum maxima itaque opulentia, desipientibus cuncta, fiducia vana.

Observa sequentia. *Telas aranea texuntur*. Prorsus concinna, & undecumque pulcherrima. Conamen augendarum opum congruè textoriz arti comparatur. Ubique & medulla cerebri sanequam textitur. In textina flamma implicatur, & in labore opum doli irretiuntur. Sicut telæ divitum oper. Graphicè: cum eorum argentum & aurum corporibus, & animabus sit involucrum. *Aranea* dixit. Perquam aptè! Tùm quia divitijs tanquam veneno nutriuntur: tum quia ut retia conficiant, viscerantur. Metu futuri factus congregaverunt Iudæi illa tempestate divitiæ, ac suspitione discriminis amplioris Ierusalem supergressa esse civitates univerfas. Hoc opus, hic labor; quia confidebant in nihilo: igitur quæ Iudæis videbantur divitiæ, Chaldaïs erant araneorum tele.

Capiti, ut caperent, opes cumulabant, & manus implebant, ut fugerent manus: verum Chaldaïs erogare argentum & aurum, idem ac mittere in sacrum undecumque pertusum: quippe quæ studio connecta ut validissima retia; erant despectui levissima fila. Hoc genus Parcarum novissimè vitam divitiarum fingit. Avaritia net, æstimatio tenet, despectus occat. Circumfertur huc atque illuc improbus labor. Filum ab avaritia deducitur, ab æstimatione trahitur, atque inausulte pervenit ad contemptum; quo profectò forfice peracuto fecatur filum.

5 Ut ad septa, revocarentur (deviè aberrabant) Propheta progreditur ultra. *Opera eorum opera inutilia*, inquit. Opus eorum opes: & inutilia designantur divitum opera; quoniam in illis nihil habent præter retia. *Opera inutilia*, quia nolenti non placent; & volenti divitiæ, quia placent, displicent. Claret: Thesaurum in profundum terræ abscondunt, & tanquam nocivum & exosum cura sepeliunt. Canit Plautus in *Aulular.*

*Qui tantum auri
Perdidit, quod custodiivi sedulo. Egomet me
fraudavi,*

Animumque meum, geniumque meum.
Opera prorsus inutilia; quia divitibus tantum opus & opus, labor & dolor, & afflictio spiritus.

Subditur etiam: *Conceperunt laborem*. Divitijs hercè fortunati conceperunt: & dicuntur labores; igitur labor & dolor divitibus facultates. Sudant, ergo laborant. Opera sunt inutilia: quandoquidem nullum illis emolumentum divitiarum, nisi dolores acquisitionis opum. Opera inutilia, quæ non afferunt voluptatem, sed dolorem. Perpende: *Quia nihil sibi nisi paupertatem peperisse*, ait Sanctius hic num. 30. Labor confectus opibus inopiam parit? Ex dolore præconcepto oritur paupertas? Oritur. Tam de est avaro quod habet, quam quod non habet. Defunt paupertas, & divitiæ; & fit simul in unum dives, & pauper.

Deinde. Inops dicitur, qui sine ope. Nihil valebant Iudæorum opes apud Chaldaeos: & se arbitrabantur cum opibus inopes; quia inimici nihili pendebant opes. Reservandi in vastitate hostili locupletes, ac fortunati, si adversarij pretiosa æstimarent tantilli: at aurum foras projicitur, & argentum proculcatur. Quid mirum, quod divites iugulentur, ut pauperes; cum sint hostibus opes quisquiliæ & pulvis? Lactati fpe libertatis per argentum congesterunt pretiosissimum thesaurum. Utrique lactati fpe bona, sed uti fere falsa. Expectaverunt porrò in divitijs divitiæ, & ecce paupertas: subsidium, & ecce dolor. Dolor? Itaque. Si pro divitijs corda pariunt paupertatem; profectò in opibus conceperunt dolorem.

6 *Per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta*, profert Sapiens de his, qui in vita sua in sensatè vixerunt. Divites sunt, & infensati vocantur in vita; quoniam auri & argenti copiam habent, ut habeant. Hæc est enim causa cultus & adorationis opum. Non congerit avaritia divitiæ tanquam medium, cum suapte natura sint id quo; sed ut finem tanquam quid. Unde contingit, quod servendum ut medium, custodiatur quasi cultum simulachrum. Opes tanquam finis detinentur, uti medium sparguntur. Hoc usus, illud adoratio est. Si usu gaudent habentes, divitiæ sunt: secus autem si non gaudent; quapropter infensati fugillantur, & merito; dum videntur in divitiarum conflictu: quandoquidem sufficitur adoratio prorsus indigna, pro servitute ab opibus capessenda. Patet summa signum stoliditatis, mancipijs præbere obsequium adorationis.

Verum qua via si opes voluptati favent, animos colentium habentium torquent? Si-

Verf. 4.

Sanct.
Si a pre-
tio va-
cat opes,
divites
pauperes.

Aviditas
opum co-
epit do-
lorem. &
contem-
ptus par-
tus pau-
peratè.

Sap. 12.
23.

Stolidi-
tas est
servire
opibus
servituri.

mu-

mulata cupiditas studio futurae utilitatis ac profuturæ; & opere intenderat opibus, hians, & his lucrandis nervis omnibus incubuerat astuans. Ut redimerent animas, studiose congregaverunt divitias. Pervenit coram hostibus opportunitas iactus; & iactus despectu illorum, egressus est importunus: igitur Medii despiciebant, pro quibus illi sudaverant: unde divitibus, non solum dabantur tormenta, sed diriora: siquidem victores æstimabant manus omnino vacuas; cum locupletes victi offerrent opibus plenas.

Denique colebant divitias ut idolum, à quibus præstolabantur pro tempore necessitatis subfragium, ac in vexatione subsidium. Haudquaquam potiuntur voto; cum quæ illis adoratio, fit inimicus despectio. Hui! Hi sunt Dij tui? Ictus à dilecto gravis. In colentes acrius tormenta sævunt; si dolor illis datur per ea, quæ colunt. Iam spem intronissio metu tristes amittunt: & accedunt amaritudines, flagrum, stimuli cordis per ea, quæ colunt; ut iudæ compotes fraudis, fierent acerbitate compotes mentis.

7 Adhuc hâias exaudiendus. Opera eorum opera inutilia, in nihilo subsistentia. *Telas araneæ texerunt, ovis aspidum ruperunt*: & quod confatum est, erumpet in regulum. Lustranda omnia. Quid affine inter divitias & venena, ut opes dicuntur venenorum copia? Ocyus opum virus: igitur sepulta venena non obfunt, & sepulta divitiæ avidos lædunt. Abdite quidem latent hominem, & viscera terræ dirumpuntur in perniciem. Tremor eruentium è fodinis, viscera venenata demonstrat. Habet mentes & pectora terror: ruptisque visceribus, ut evomant opes; aurifodinae habitum extulsiunt aspides. Refertur ad usum, in quo commodum, univocatio aspidum & divitiarum. Dispersæ opes largitoribus profunt: voratæ autem struthionibus etiam officunt. Non coquantur æstu, quippe frigida flamma. Minimè digeruntur, quia iam per avariciam substantia propria. Moventur opibus dites, sed non commoventur. Nullum est medicamen, nisi expellantur. Projiciantur ergo merces, ut allevetur navis.

Toxicum deauratur, ac libentissimè blanditijs hauritur. An quia tectum languebit roxicum? Latet dolus, indexque patet nocentissima simulationis; color mutuatus: siquidem firmata venena fraudis tutela solers ascititij splendoris. Nec Urbs Romæ ad Centum-Columnas crudeliter: de qua Martialis lib. 30. Epigram. 14.

Vipera, sed cæco celata latebat in ore, Picebatque anima deteriore fera.
Illie, licet vipera lateret, sub lingua fera, fera

apparebat: hic latitat virus, & exitialis; quia latitat. Mordet aspis, & mors morsu suavis & dulcis. Non mortem areet dulcedo mortis: aspidibusque quarum venenum subdole dulcedo, iure conferuntur opes; quia ab his læti divites, sensim spectantur exanimis. Aspides virus somnum placidè excitat, atque somni voluptas mortem insillat. In divitijs voluptas, non mors videtur. Proh superi! Necantur voluptuosè, sed necantur. Illecebræ sunt, ast molestissima: siquidem homines avidè inquirentes satietatem voluptatis; dulcis preparant divites vasa mortis. Cicuratur aspis, atque venenosa ludit; perulca spiris lacidis circumagat. Gravis profectò iocus. Virus præsentissimum est: opum potentius, quo non præsentius ullum: nam ut eludant inopiam, divites à divitijs habentur; & futuram timentes à præsentibus inaniter eluduntur. Manifesti aspis, & ita divitiæ; ex quibus fit etiam vulnus immedicabile. Assuescunt venenis, ne possint divitibus sava nocere: & noxia in maiorem perniciem innoxia fiunt; quia venenis aluntur, & virus alunt. Ad, si lubet Plin. lib. 11. *Histor. Natur.* cap. 13. Galenum lib. 2. ad *Glauc.* Nicolaum Nancel. in *Analog. Microc.* ad *Macroe.* Domitium Calderinum, & Laurentium Ramiresium de Prado, *Comment.* in *Valer. Martiale* lib. 4. *Epigram.* 73.

8 Ergo insitutum primario. In multitudine divitiarum suarum confidebant Israëlites, ut fugerent iram à supervertente strage; & ova aspidum ruperunt. Aspides nefundivitiæ, facultates, opulentia? Itaque idem. Habita placent, sed habentibus nocent. Si fiunt, vel cultoribus nocentes; novum ne quod fortunæ convertantur in aspides? In terra reconduntur à natura; postque à divitibus sepeliuntur in terra. Calore avaritiæ foventur, astuositate in speciem aliam mutantur: & ærumenæ fovēbant pretiositate opum estimabiliū, ruptæ apparuerunt lethifera femina aspidum.

Clarius & expressius. Alites quædam perfunctoriè de prole curantes, nido alieno exponunt ova, ut cum proprijs incubentur una. Vide Plin. ubi supr. lib. 18. cap. 26. & Pierium Valerianum *Hieroglyphicor.* lib. 25. cap. 27. Primò fatuæ deceptæ similitudine, perniciem ambiunt, exitium fovent, iacturam mulcent. Deinde incautè accubant; & ignorant, quòd inimici succumbant: igitur læti passerens prole, conantes videre passerem; vident accipitrem. Haud aliter Israëlitis contigit opibus. Tempori cladis fovēbant, opportuniorei sporabant; existimantes opes operatas aperturas opes. Demon suppositus, fulgore divitiarum, incubantibus irritamenta fucata malorum,

Ru-

Aspidum & opum similitudo.

Homines veneno aliti.

Quoniam modo opes aspides

Plin. Pier. Valer.

Foventur opes in malum.

Despicenti divitias, manus plena inanis & vacua.

Per ea, que quis plangit.

Ubi supra v. 5.

Divitiæ venena.

Evomuntur opes, ne nocent.

Mart.

Ruperunt igitur ova aurea avidi penus opum; & damno cogoverunt foetura aspidum. Seps quasi mortuus despicentiæ hyme, humi friget, & alget. Caveat animus, ne fulgore stellarum illectus, seu potius fulgure, apprehendat ut ruficus: quoniam si cogitat sinu fovisse opes; periculo discet esse sepem, & aspides. Serpentem pro divitijs parvus lucratur, Fallit sanequàm imago. Haud in offensione periculum, sed in fori. *In virus transiit aurum*, inquit Franc. Petrarca *Dialog.* 13. quia detinetur: calore corrumpitur: atque aurum pectore fotum, ut divites enecet, erumpit in regulum.

Demum scopo. Cur itaque, quia fovent opes, ipsæ divitibus convertentur in aspides? Audi. Non aspides, sed ova aspidum vocantur à Propheta divitiæ: quasi diceret, opes & possunt esse opes, & esse aspides: apides, si detinentur, opes verò si expenduntur; quoniam nihilo, seu inutile aurum, non aurum, sed mortiferum aureum venenum. Usus destruit, sed austru opes. Custodia corrumpit, dum avaritia fovet: dicunturque inutilis opes germen reguli, & ovum aspidis; quia crumpunt impete in virus, dum divitibus opum abstrerit usus.

9 Ad quid igitur (si habita, non habentur à divitibus opes) in corde mortalium insaturata fames, & tanta sitis? Adamantem vides, laudas, & cupis? Inexcusabilis error.

Quod videat nescit, sed quod videt uritur illo. Quid ergo habet utilitatis? Pretium splendoris? Lapillus inter gemmas princeps, clarior & lucidior est. Utique: sed quid inde? Volupe quidem videre inter eius acumina, & plana, quæ ima scintillant, quæ summa effulgent, quæ radij tremant, quæ funda iaceant. Fateor, sed non faturatur oculus visu. Multicolor (dices) discolor, versicolor, iaspis, unio, chrysolitus. Vilis, vilior, vilissimus, magis apposite dices; quia esto nitidior, pulvis tamen & nullius utilitatis. Argentum lucida moles est, sed moles. Aurum lucidius, atramen gravius onus. Horum aviditate lapides movet, & excurit solers cor humanum, per orbem univertum, per tot maria è tantis Solis ardoribus; tam longo tractu terrarum? Tot mala, improbum laborem, acquirendi anxietatem, quasi commoda, probat avaritia? *Non est bonum nisi verum*, testatur Seneca *Epist.* 119. Opes autem quomodocumque fallunt.

Hæc fallacia præ oculis habenda. Ast quenam dices divitiarum fallacia? Fallax gratia & vana est pulchritudo: evanescent enim edaci tempore: à detinentur opes. Ideo cunctis illecebris fallaciores. Gratia cum pulchritudine abit, verum aliò non transfertur:

In virus transiit aurum. Pet.

Oriofitas opum semen aspidum.

Ovid.

Pretium divitiarum, cogitatio sine pretio.

Non est bonum, nisi verum. Senec.

Fallaciæ bonis fortuna, fallaciores opes.

copia autetur & transfertur; & alij cedit, quod mihi subtrahitur. Foetus fortunæ (cuius bona, si bona, utpotè cæcæ, ac in rota stabili & instabilis, moventur, voluntur, & remouentur) divitiæ sunt: agrèque fertur in fallacia opum, quod auferatur; verum plus quod transferantur: equidem inter ludibria gravior fallacia, qua despicatissimus oggrassatur inflatus, & qua possessor ipocatur abiectione. Fallax gratia, Fallaciores opes. Disipantur utraque; sed est discrimen divitiarum, & gratiæ, quod est inter datum, & mutuum. Vana pulchritudo, at illa perstruitur quilibet habuerit: divitijs qui fruatur, in fruitione privatur. Quomodocumque fallunt; quippe habitæ & non habitæ ludunt.

10 Timotheum Pauli zelus strigi muneris functionis commonens; *Divitijs huius sæculi præcipie*, ait, non *sublime sapere*. Conditio fortunarum saltus est. *Neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum.* Divitijs inest scientiæ inflatio, & arrogantia? Utique. Maestas suggerit, auctoritas hoc intendit: siquidem ut de *Dij Phœnicis*, ait Georgius Codinus, *Nullum manus Divinitatis symbolum, quàm marsupium*. Modò plura possideant dites, erunt sicut Dij scientes. Pecunie obediunt omnia. Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perduceret. Pauper locutus est, & dicunt, *Quis est hic?* Et si offenderit, subvertent illum. Tocatur Arbiter *Satyric.*

Quisquis habet nummos, secura naviget aura, Fortunamque suo temperet arbitrio. Carmina componat, declamet, concipet omnes, Et peragat causas, sitque Cavone prior. Multa loquor, quidvis nummis presentibus opta, Evanesit, clausum possidet arca lovem. Succinit etiam Horatius lib. 2. *Satyr.* 3.

— Omnis enim res, Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulebris Divitijs parent: quos qui construxerit, ille Clarus erit, fortis, iustus, sapiens na, etià Rex Et quicquid volit. Aptius. Qui contempserit. Iam ergo dives sapiens, haud sapiens dives. Digressiois satis.

11 *Divitijs huius sæculi*, inquit: in quo divitiæ sicut & sæculum, instabiles, viles, momentanæ, miseræ, transitoria. *Divitijs huius sæculi*: idest, qui non divites quia quas habent, negant opes. Impendantur ad luxum, expenduntur in saltum: vocatque Paulus divites sine opibus huius sæculi; quippe illorum divitiæ non sunt divitiæ. Thefaurizare in cælo, Dominus præcipit; ubi opes sunt extræ fortunæ iactum, quoniam per manus pauperum

1. Tim. 6. 17.

Georg. Codin.

Pecunia omnia.

Arbit.

Horat. Dives est quicquid volit.

Copia opum sine cunctis.

rum

rum disponuntur : & pauperes in hoc saeculo, & non huius saeculi, saepius invisi fortunae. *No- lite* (ait) *thesaurizare in terra. Penderis caulam. In terra, ubi erugo, & tinea demolitur.* Tinea in opes? Quiddibet corruptitur auro, verum aurum non corrumpitur. Quomodo de divitijs viciat tinea? Videtur sane de Vipera & Lima fabula. Nullo modo. *Vermis divitiarum superbia*: ait Augullinus tom. 10. *Serm. 5. de Verbis Domin.* Tinea rodit & vellem destruit: Afferatque N. tineam in opibus astruit; quia quod in vestimentis conficit tinea, facit in opibus incunatenter superbia. Otiositate vestis laborat, & tinea subintrat. Vermis otiositas est: vetatque Dominus thesaurizare in terra, ubi otiosae divitijs; quia rodit opulentiam & copiam vermum superbiae. Patet. Fumos vendit, ventos paciscit: afluositate bractearum aurum, & postea elatum vaporatur in fumum.

12 Deinde profert Doctor Gentium, *In incerto divitiarum.* Quid est ergo certitudo, vel fallacia divitiarum? An quia a fortuna mutuo dantur, & licet invite extorquenti restituantur? An quia saturata improbis copiosis praestitit, ac profusa esurientis cito restaurat, denuoque deglurit, ut iterum vomat? An quoniam crescit amor gummii, quantum ipsa pecunia crescit; vocat *incertum*, quod finem non habet? Crescentes sequitur cura divitijs, maiorque fames. An quia multis multa spondent, & non adimplent. *Nihil satiat* (ait Seneca *Libell. de Moribus*) *sed magis irritat.* Unde Ecclesiastici 11. 10. dicitur: *Si dives fueris, non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si praecurreris.* An quia ambigitur premium, cuius consideratione praevaleat divites; & cum opus est illis, nihil opes? Estimatio est, prout unicuique placent, vel displicent. Inutiles iudicantur, ubi civitilitij ducuntur. An quia fallunt? Potissimum ratio. Usus divitiarum divitijs sunt: incertaque iure vocantur, quia vel in usu deficiunt. Dispersae elabuntur e manibus, servataeque revertuntur a profectibus. Hic est divitiarum articulus: non habite, ut habeantur; & habite, non habentur; quippequam in illis collocat incertitudinem, qui amovet utilitatem.

Astruit ipse Paulus. Divitijs huius saeculi obijcit Deum vivum (illis est mortuis adest Moneta Dea) *qui praestat omnia abunde ad fruendum.* Nota. *Ad fruendum.* Fructus, aut fructio est possessi usus; quoniam non praestat, qui minime concedit & usum praestitit: & Deus in collatione omnium confert etiam fructiorem: quippe in donorum usu clarigitur dignatis utilitatem. Certitudo divitiarum pa-

tet ad oculum: fluunt, euntque & redeunt. Divitijs saeculi manent, & permanent. Permanentia rerum, quae conferuntur ad usum, non est permanentia, sed fallacia: & divites saeculi habent divitijs in incerto divitiarum; quia in possessione evanescit usus opum. *In incerto*, quia exitus anceps. *In incerto*, quia ludus est: modò apparent, modò non. *In incerto.* Qualitercumque decipiunt, cum iudicentur opes, & adfint vepres.

13 Spinae divitijs dicuntur a Christo. *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui fallacia divitiarum suffocat verbum.* Quis crederet, ni Christus revelasset? Ait Gregorius *Homil. 15. in Evangel.* Spinae divitijs sunt, & divites quiescunt? Conspiciunt aspidum veterno miseri, ubi stimulari sentibus stertunt quasi insensati. Cathalepsim absdubid habent, qui divites sunt: percussit eos Dominus divitijs, & non doluerunt. Vepres igitur sunt opes. Caeteram quomodo, cum divitiae delectent, & fentes lacerent? Nullo asident divitijs & spinas pacto, ni sit opum voluptas iucundè molesta, & veprium vulnera dulcia. Plura signavit Gregorius ubi supra, ut pateat obtutibus, quod divites gegerunt & esurierunt. Divitijs proprie opes sunt, si pro tempore dices utuntur; spinas, si derinentur: signatque Dominus spinas opes; quia ut illas habeant, & habentes, laborant divites. Offunduntur gratis pallore auri, atque levigatione rutila argenti. Offusi excutiunt, minimeque divitijs, & spinas distinguunt: unde contingit ambientibus cogitatione thesauros, quod amplectentur avide vepres & tribulos.

14 Incauta huiusmodi decipula divitum dicitur *fallacia divitiarum*, embolium & deceptio, apud Matth. ubi supra, & Marcum cap. 4. 19. Ecce divitum maxima calamitas: & opes sunt, & fallaces: illi autem non a divitijs decipiuntur, sed a deceptio divitiarum. Ludunt, & eludunt eorum oculos, scaeva versatili designante thesauros: sequuntur vanida, amant mutabilia: at divitijs splendore deceptores, ut per iocum alie lacerent, convertuntur in vepres. Causa conversionis quaritur. In promptu est. Divitijs ut ferviant habent, sin autem non sunt divitijs: & vepres opes otiosae iure designantur; quippe sine usu solummodo pungunt. Divitijs sunt iuxta Gregorium, quae non divites faciunt. Si detinentur sepulta opes, haud faciunt divites. Ideo Seneca ubi supra: *Non potes esse dives, & felix.* Si neminem pecunia divitem fecit, sed usus; cuius nam utilitatis erit invisus thesaurus? Vana omnino pretiosorum copia; quia nihil, & inutile paria. Apud cadit illud Horatij:

Quò mibi fortuna est, si non conceditur uti?

Permanencia opes, quae dantur ad usum, non est permanentia, sed fallacia.

Matth. 13. 22. Greg.

Jerem. 5. 3.

Ni opibus utantur divites, convertuntur in vepres.

Marc. 4. 19.

Divitijs animorum pungunt.

Senec.

Horat.

DIDASCALIA IV.

Omnia humana breviter & caduca.

Senec. I Nquit Seneca de *Consolation. Ad Martianum* cap. 20. Gnome celebrior Ecclesiasticae Regis dicens: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Experientia docet, & Salomon audiendum, quem voluptatum praenit. Mentè enim alta reponuntur, quae a penitentia docentur. Expectare fortunam in anfractu, felicitatem in lubrico, ubi periculum fecit caput alienum in lubrico, ubi periculum, & malo sapere, quod saepe Phrygius & tarde & pessimè. Hem! Nescit homo in praeruptis vanitatum, tot impendere discrimina rerum? Omnia deseribit Salomon: & vana omnia. Fiunt sub Sole: necessariò mutabilia. Per universa vagus, modò hoc, modò illud amavit, sed in fructione non quievit. Inabitilias prodit gaudiorum inanitatem; atque tridium, ludum & deceptionem: promittitur namque lata possessio aviditati mentis; ac invenitur in laetis labor & afflictio cordis.

Quid pulchritudo? Ætate perit: vel florens capitur. Flores apparent, & tempus putationis ante tempus. Vide *Tautol. 4. Didasc. 8.* Quid opes? Divitijs si affluant, nolite cor apponere. Scientia rutilat? Cum sit mundi; & circa mundana, stulticia est apud Deum. Honores? Onera sunt. Diadema? Nobilibus servitus. Mundus? In maligno positus est. Artificialia, verum fabula vana. Decipit illecebris & fascinationibus oculos, dum figurarum praeterit forma, & delictatum figura. Mare salum, ubi supernat animi frequens amaritudo, & apparent rari nantes in gurgite vasto. Spatiosum, ubi reptilia; non magnum, ubi iacent merita. Magnum in naufragium: tranquillum, & astuosum, ubi cymba temporis trahitur & subtrahitur vita gemicibus: vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

2. Post singula Salomon (uti notat Benedictus Arias Montanus hic) addit in Hebraeo interiectionem *O*, quae Latine amplius explicatur per *Ob*, vel *Hei*, Figura quidem praetexta, atque significatio iuristica. *O* vorum, & doloris exprimit: patet in Davide dicens: *O si quis mihi daret potum!* Et querulo Ieremia exclamante: *O vos omnes, qui transitis, & c.* Voram rei cupita est, non possessio; dolor autem signum accepti fulminis, vel inflicti vulneris: promittitque voce exponit Salomon mundi noxia blandimenta; quia nihil votis, optatur, quam vulnera voluntaria.

Tom. I. Taut.

Concipit animo cogitatio in volitante felicitate copiam & ampliore abundantiam, quam multis auris, & adumbrat fascinatous oculus cordis, satioreque fore voluptati possessam, quam phantasmate depictam. Felix obinet, & felicior homo penitentium miser irretitus malis, quaerendo felicitatem; cognoscat serò, quod conceperit dolorem. Haud quiescit cor in votis, licet illudum, hiatque ex aequo alio rependere iocum. Nihil novum sub sole. Similiter, fallitur: Sors tacet lava, & similis alea; verum spes oblectamenti non excidit. In sua fata ruit: & *O* subseribit Salomon, quae vox dolentium; quippe sunt vulnera omnia vota mortalium.

Iam expressio interiectionis patet: & alia quavis muta clamorem emittit. *O* live circulas in Arithmetica nihil significat. Salomon autem numerat omnia bona, sed peritura; in quibus felicitatem collocant corda mundana. Graphice namque in hoc animorum delicat illices, quibus blandè decipiuntur miseri homines: & *O* nihil significans vocat orbis oblectamenta; quia licet consequantur optantes, nihil omnia.

Per ciphram *O*, pulchritudo significatur. Si *O* nihil est, apta descriptio: fallax igitur gratia, & vana est pulchritudo. Etiam divitiarum signum, cum sit moera rocorda. In orbem volvitur: inanis porò erit, quae subfistit in puncto. Satiat ab Aegyptijs mutationis hieroglyphicum apud Plerium Valerianum lib. 39. cap. 1. 13. & 18. de *Circulo*. Si levis subsistentia; ruina prompta, gaudium futile & nihil stabile. Mundus etiam per *O*, seu circumlotus signatur, apud eundem, cap. 19. & etiam nihil: omnibusque universi bonis inditur nota nihilitatis; quia & perita, & inspecta vana sunt omnia.

Omnia vanitas, ait: Pro quo aliqui apud Corn. Alapide, *Nihil nihil, & omnia nihil.* Nihil omnia? Utrique. Elic dat æternitatis: nihil ergo omnia, si peritura. Idem affirmatur de terra in principio creationis, cum careret culta, opibus, & metallis: licet omnia haberet; esset nihil, & vacua quia terra omnia.

3. In auctoritate petrita lateo. praetexta singularis sententia. Dixit Discipulis Assurtores. N. post cenam novissimam: *Usquequod non petistis, quicquam in nomine meo, petite, & accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit.* Quid queritis, Domine? Nonne accesserunt Iacobus & Ioannes dicentes: *Volumus, ut quodcumque petierimus, facias nobis?* Regnaturum & gloriose arbitrantur, primatque sedes appetentes petunt. Cur ergo nihil aliteris petivisse, ubi culmina regni conabantur as-

E

Et ludi- bria.

Nihil est voluntatis in munda.

Pler. Valer. Sed bona vana.

Nulla bona, qua peritura. Genes. 1.

Io. 16. 4. Marc. 10. 35.